que ambo in littera sunt in iure privilegiati de or. cog. c. ij. et ff.
de resti. spo. per totum et de app. non solum li. vj. quia ipsi cer-
tant de possessione acquirenda et retinenda in statum pristinum
quod esset absurdum et iniquum ex quo constat de iure tercii. Ipsorum et quia
per hoc daretur viciosus ingressus propter que etiam in dubio prohibe
fieri missio in possessionem predialem ut in c. vnico de eo qui mit. in
pos. li. vj. alius vero detentor certat de possessione retinenda et non
admittenda de qua non est eiciendus nisi per illum cuius interest
et habitum ius ut in c. Cum iuris de conces. preben. et ibi per Jo. mo.
et ydeo est votandus Antiquus citatur ut videatur ra. de mi-
agent qui etiam possident de preben. licet olim li. vj.

Infertur alia conclusio quod ubi constat de iure ut actor
reus litis nullum ius habeat in possessione non
est amonendus ymo ab impeticione actoris ~~est ab reus litis nullum~~
absoluendus. C. de re iudi. l. fi. de rescript. olim in fi. no. quod conpost.
de rescript. mandatum et per Jo. mo. de resti. spo. in litteris fatens tamen
modificationis huiusdicti iuxta conclusionem xv. vel xx supra positam quilibet
enim detentor presumitur possidere secundum Jo. mo. in c. Cum olim de
privilegiis. super verbo petitorium in fi. quod alle. xviij. q. i. c. primo ide-
oque actor ut littera pen. c. ij. li. vj. super littera tenet.

Si duo procuratores constituuntur in solidum cum clausula quod
non sit melior condicio occupantis et cum potestate substi-
tuendi et revocandi substitutum si vnus eorum prius substituat
et ille in secunda instancia procedat tamen per hoc substitucionis fi. posterius substi-
tutus in prima instancia non censetur revocatus ita quod ille primus sub-
stitutus potest procedere in 3a instancia quia sicut secundus substitutus
non potuit suum collegam revocare ita nec eius substitutum ar. eorum
que le. et no. in c. si duo de pro. li. vj.

Quod valet procuratorium ad causas solo sigillo episcopi vel
alterius prelati sigillatum sine subscriptione notarij
vel testium dummodo sigillum sit cognitum vel probatum si fuerit
negatum hoc no. osti. in c. i. de pro. et facit optime cle. i. e. ti. et ibi per
Jo. an. pau. et guilh. qui alle. suos test. pro hoc ubi videtur casus
ff. de pro. l. si procuratorem et de consi. c. sopite fac. c. Cum dilectus
de relig. do. de insacr. c. contingit et c. significavit de app. in
contrario facit quia si ille actor habuisset vnum autenticum sigillum
capituli ad causas fuisset admissus Sed quia ostendit dumtaxat
sigillum ad citaciones ydeo fuit repulsus secundum gl. ibidem spectat tamen dicit
quod sigillum ad causas non facit fidem in aliis casibus de in stan. edit. §.
postremo vº. Item quod non est sigillatum et ti. decitat. §. in ca. dicitur de